¶ Incipit deuotus tractaculus domini
Gerardi zutphanie de ſpiritualibus aſcē-
ſionibus: omnibus in ſpirituali vita profi-
cere volentibus: nō minus neceſſarius ꝙ̄
vtilis. ¶ De quinqꝫ neceſſariis in vita re-
ligioſa proficere diſponentibꝰ. ¶ Ca. j.

Beatus vir cuius eſt auxiliū abs te: aſ- ps. 83.
cenſiones in corde diſpoſuit in valle la
chrymarū in locū quez poſuit. ¶ No-
ui homo ꝙ aſcenſionum ſis cupidus:
quodqꝫ exaltationē vehementer con-
cupiſcis. Rationalis enim ac nobilis creatura es et
magni cuiuſdam animi: ideoqꝫ altitudinem et aſcen
ſum naturali appetis deſiderio. Nec vituperandus
appetitus/ſi fuerit ordinatus: ſi videlicet ad origina
lis tue dignitatis celſitudinez deſideras aſcendere:
ſi de valle lachrymarū et miſerie egredi cōcupiſcis.
Sed hinc egredi/et illic aſcendere: non eſt niſi per aſ
cenſiones et gradus virtutum in corde proficere.
Q̄tum enim in corde proficis tm̄ et aſcendis: ꝙ̄tuz
vo deficis tm̄ ꝛ deſcendis. Igit in corde debes diſ
ponere aſcenſiones: nec tamen te confidas propria
virtute aſcenſurum: ſed habita iugiter in adiutorio
altiſſimi: et in protectione dei celi cōmorare. ¶ Si ſic
aſcendis laudabilis eſt aſcenſus. Nam beatus es et
nomen viri tanqꝫ viriliter agentis/non īmerito tibi
ꝯgruit: receptur⁹ ꝓide ī p̄miū etnaz btitudinē ꝛ glo-
riam ſine fine manētē. Hec tibi q̄nqꝫ diſponēti aſcē
dere ordie ꝙ̄uis retrog̃do ī vb ꝓpheticꝭ: breuibꝰ v-

bis:ſed plenitudine ſenſus ꝓponūt. Primū enī tibi ꝓponitur quo debes aſcēdere/in locū videlicet quē dn̄s poſuit: quē nō incōgrue poſſum⁹ intelligere ſtatū naturalis tue rectitudinis/in q̄ te idē dn̄s quondā poſuit et creauit: vt videlicet in illū locuꝫ aſcenſiōes in corde diſponas/vnde prius deſcenſiones diſpoſuiſti. Scd̄o tibi ꝓponitur locus a q̄ egredi debeas p aſcenſum: cū dicitur: in valle lachrymaꝝ. Que quidē vallis cōgrue accipit̄ deiectio ⁊ deſtitutio tue naturalis dignitatis/in qua velut in baſſo conſtitutus/ rurſū ad mōtē vnde cecidiſti debes aſcēdendo redire. Tertio tibi innuitur q̄liter ad aſcēdendū te debeas ꝑparare. Nā aſcenſiones ī corde debes diſponere: modū et exercitia quibus te vis ī anteriora extendere/priuſq̄ꝫ aſcendere incipias in corde diligēti⁹ ptractādo/vt ita in corde prius cogitando diſponas quibus exercitijs melius recupes amiſſam dignitatem. Verū q: aſcenſus iſte non ē in currente vel aſcēdente: ſed ex dono dei miſerentis: ideo quarto tibi conſulitur a domino adiutorium et auxiliū poſtulādum/quia nulla eſt induſtria tua/niſi te in omnibus diuina gratia comitetur. Sed ne aſcenſus hui⁹ difficultate territus vel laboribus victus iterum reſilias/premium tibi promittitur: cuꝫ dicitur: beat⁹ vir.

Siquidem ſi in cordis aſcenſionibus proficis beatus es. hic quidē in ſpe: poſtmodum vero in re. Hic habens beatitudinem vie/que eſt in virtutibus ⁊ iuſticia: illic beatitudinem patrie habiturus. Sane ipſas virtutes et iuſticias cum habueris quodammō futuram beatitudinem habes in ſua: vt ita dixerim:

cauſa. Sicut eteni̅ res naturalis vl̅ quadã ꝓductiua vel ſeminali ratione in ſe continet vt ſit effectus alicuius ꝓductiua. Ita virtute̅ et iuſticiã futura beatitudo/et eterna felicitas comitat᷑. ¶ Breuiter ergo recollige vnde vel quo debeas aſcendere. Quondã eras in alto monte naturalis tue et primordialis dignitatis conſtitut⁹/ ſ; inde volũtarie es ꝓlapſus in vallē quãdã baſſã. Ab hac igit᷑ valle rurſum debes egredi/ꝛ paulatiꝫ aſcēdere ad mōtē vñ cecidiſti. Sꝫ anteq̄ꝫ incipias aſcendere/debes in corde tuo ſcalaꝫ erigere: ꝛ modũ quēdã ꝓficiēdi quo illuc melius deuenire valeas ordinare. Sed adhuc in pede vel aſcēſu ſcale poſitus in te deficiens et altitudinē eius proſpiciens/debes ſurſum man⁹ extēdere ad dñm q̄ eſt innixus ſup̄me parti ſcale et clamare. Trahe me p⁹ te/et ita beatus eris/et ſempiterna beatitudine perfrueris. Sed de his omnibus in ſequentibus dicet᷑ clarius ſinglatim.

¶ De loco ꝛ ſtatu naturalis et primordialis dignitatis: in quo deus hominē cōſtituit in principio: ꝛ de multis donis que contulerat ei. ¶ Ca. ij.

ISitur ſi tibi dñs aſcenſiones in corde diſpoſuit/atq̄ꝫ ad ſpiritualem aſcenſũ ꝓuocauit: ſi mentale vis exercitiuꝫ arripere/ante omnia debes deſcenſũ tuũ vl̄ lapſũ cognoſcere vt vnde noueris tibi aſcendenduꝫ/vbi te cernis miſere ꝓlapſuꝫ/atq̄ꝫ illuc cognoſcas te debere redire a valle lachrymarũ ad locũ in quo te dñs poſuit/ꝛ ad queꝫ